Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30296
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

suum. Et nunc deus tecle succurre filie mee. adiuua teclam. Et
ut hec dixit trifena, preses misit spiculatorem suum ut ad
duceret noxiam. Et trifena non est extincta neque turbata,
sed ipsa confidens in deo apprehendit manum eius dicens. filiam
meam deduxi ad monumentum, et ecce teclam deducam
ad bestias. Et hec audiens tecla, lacrimata est dicens.
Domine ihesu christe cui credo, et ad quem confugi, qui eripuisti
me de igne. redde trifene mercedem, que ancille
tue condoluit, et mundam me seruauit. Et erat fre
mitus bestiarum, et clamor quorundam dicentium. Desine
preses a nequitia. Et turba mulierum clamabat. Nunc
tollatur tota ciuitas propter talem iniquitatem, et in nos omnes
preses da sententiam. O malum iudicium, o seuum spectacu
lum. Et preses non sustinens clamorem populi, celeriter noxiam
duci iubet. Et ministri per uim rapuerunt teclam de
manu trifene, et exspoliauerunt eam nudam. Et acce
pit campestrum. et missa est in harenam, leones et ursi
missi sunt in eam. Et ecce leena seuissima in qua
triumphata fuerat iam olim, cursu peruenit ad eam, et
proiecit se ad pedes eius et recubuit. Et omnis turba
mulierum tulerunt ululatum. Et ecce ursus cursu mag
no ueniebat ut eam comederet. Et exurgens leena
a pedibus eius, et inualuit super ursum et occidit eum. Tunc
leo asperrimus missus est ei, qui magno impetu uenie
bat ad eam. Item exurgens leena conplexa est leonem, et
mortui sunt pariter. Magis magisque ululabant mulie
res. quod mortua esset leena, que uindicabat eam. Tunc
plures bestias inieceriunt in eam. Et tecla expansis
manibus orabat ad dominum. Et dum conplesset orationem,
uidit foueam aque plenam. ubi erant foce marine cum
quibus pugnatura erat et dixit. Nunc tempus est nouissimi diei
lauandi me. Et uidit omnis populus quod uellet se mitte
re in aquam, et exclamauit dicens, ne talem speciem foce
manducent. Et preses lacrimatus est. et omnis populus cum
derent plorabat, et tecla neminem eorum audiebat, sed
misit se in aquam dicens. In nomine patris et filii et spiritus sancti
in nouissimo die baptizor. Et ecce sicut fulgur ignis
descendit in aquam, et omnes foce supnatabant mor
tue. Et circumuestita est tecla quasi nube ignea ne nuda
uideretur ab hominibus. Aliasque plures bestias inmi
serunt. Mulieres uero ululatum magnum tulerunt, uiden
tes tantas bestias inmissas. Et quedam mulieres
mittebant folium, alie nardum, alie uero cassiam, alie ci
namomum. quedam uero ungentum preciosum, ut omnes be
stie odoris beneficio detinerentur grauate nec tan
gerent teclam. Tunc alexander qui munus edebat, presidi
dixit. Thauros habeo ferocissimos, uis alligemus eam
super eos. Preses uero tristis factus ualde nec respiciens
ad eum dixit. fac quod uis. Tunc alligauerunt eam super thauros.
et candentia ueru posuerunt sub inguines eorum
ut amplius exacerbati, celerius occiderent eam. Et exili
erunt thauri et ignis simul de cauteribus conbussit
funes, et resoluta est tecla, et ferebant eam super se thau
ri nichil nocentes. Trifena uero regina ut audiuit hoc

spectaculum stans ad portam et deficiens spiritu prolapsa cecidit
in terram. Et omnis familia trifene magna uoce clama
bat plorans eo quod domina eorum trifena expirasset, simul
et omnis ciuitas expauit. Et qui munus edebat alexander
iacentem reginam ut audiuit exanimem, timuit uehe
menter, et misit se ad pedes presidis dicens. Rogo te domine
preses. miserere mei et ciuitati. dimitte eam ne et ego
peream, et ciuitas deleatur. Hec enim si audierit procon
sul dampnabit nos uniuersos, quod trifena cognata
eius mortua est in publico. Tunc iussit preses teclam de medio
bestiarum tolli, iussitque ad se uocari eam. Cui uenienti
ad se dixit. Que es tu quod nulla bestia te tetigit? Nunc
indica nobis que sint tua carmina. Tecla constanter
respondit. Ego quidem dei uiui ancilla sum, que autem a me
desideras audi. In quem uoluit credidi filio eius, et ideo
nulla me bestia tetigit. Hic enim uite et mortis ha
bet potestatem, hic periclitantibus fit refugium, tribulan
tibus requies. desperantibus salus. Sed ut semel et simpli
citer dicam, qui non crediderit in eum non uiuet sed morietur
in eternum. Hec sunt preses que petisti dixisse. Et ut hec
audiuit preses, iussit ei uestimenta afferri et uestiri.
Et uestita tecla dixit. Qui uestiuit me nudam inter
bestias, in die iudicii uestiet eum deus salute. Et preses
misit tale edictum. Teclam dei ancillam et metuendam
dimitto uobis. Tunc uniuerse mulieres una uoce
deo laudem dixerunt. Unus est deus qui teclam saluauit. Et ad
has uoces earum concussit omnis ciuitas atque contremu
it. Et nunciatum est trifene quod tecla uiueret, et quod
nulla bestia eam nocuisset, et gaudens obuiam ei ueni
ebat. cum magna turba. Que cum uidisset teclam, rapu
it eam in amplexum dicens. Nunc credo quod filia mea uiuit.
Et nunc tecla altera mea filia ueni in domum meam, et
omnia mea tibi transscribam. Et introiuit tecla in domum
trifene, et requieuit ibi diebus octo. et predicauit uerba
plurima exhortationis in fide domini nostri ihesu christi, ita
ut multe mulieres et ancille simul cum dominis suis
crederent in deo. Tecla uero desiderabat uidere paulum.
Misit autem ut requireretur. Et renuntiatum est ei quod esset
in zmirna. Et postulauit trifenam ut eam permitteret
ire in zmirnam, ut uideret paulum. Et dedit ei trife
na iuuenes et puellas, et profecta est zmirnam. Et repli
cauit sibi altiorem tunicam, et in habitu uirili introi
uit in domum ubi erat paulus docens uerbum dei.
et stetit ante eum. Qua uisa paulus in stuporem uer
sus est, et omnis turba simul cum eo expauit. Paulus uero
hesitabat ne aliqua subito temptatio accidisset. At uero
tecla intellexit paulum turbari dixit. Accepi lutionem
que est in euangelio tibi et mihi in necessitatem. Et accepit
eam paulus et duxit in domum hermetis, et omnia
acta sua ei narrauit. Tunc mirabatur paulus, et omnis
turba confortabatur. Tunc omnis turba et omnis plebs rogauit
pro trifena dominum deum. Et ut consummauerunt orationem,
et omnes responderunt amen. tecla dixit paulo. Domine si
me permiserit dominus meus ihesus christus uolo ire iconium.